

Essentia &c. vilissimis sæpè præparatis suis imponant, ut parum absit, quin se ADEPTOS vocari velint. Hi verò licet Lapidis possessores essent, numero coquorum tamen non exciperentur, dummodo operationis Causas ignorarent.

Is demum sapienter aget, qui in rerum naturalium investigatione Naturam Ducem atque Magistram secutus fuerit, Rationemque cum Experientia ita conjunxerit, ut Experientiæ RATIO respondeat; Rationi verò EXPERIENTIA non contradicat. Sensum enim propter rationem relinquere, imbecillitatem quandam intellectûs esse docet Philosophus l. 8. Phys. c. 3.

In utroque hoc, quantum assecutus fueris VIR PRAECELLENTISSIME, etiam ad invidiam usque, quis ignorat? Omnes qui aliquam saltem rerum naturalium intelligentiam habent, Te ad antiquissimorum ac excellentissimorum Philosophorum laudes accedere, iisdemque obscuritatem penè afferre contendunt. Quantâ celebritate,
nomi-